

non nuda veritate. Unde increpans non increpat Propheta, sed propria arguit aberrantes malitia; quippe peccans facilius convertitur, dum sese arguit, quam ubi Superior criminem acerrime exponit.

Quid fas,

Iuven.

Malitia arguit pro crimine.

1. Reg. 24. 27.

Quod est artificiosum veritati

Alque nefas tandem incipiunt sentire, peractis Criminibus. Ait Iuvenal. Satyr. 13. v. 237. Ecce veritatis maturitas. Illo tunc debet accedere veritas; quoniam tunc femur percutitur, ubi culpa a delinquente cognoscitur. Vide quae diximus hic Didasc. 6. Agitur poenitentia, dum arguit sine distinctione malitia. Proponitur veritas, quam exponit improbitas: quare vivide dicitur: Arguere, quia ornata gratia ingreſſa (vel admiffa veritatis amaritudine) infert pro conclusione criminis, argumentum veritatis: nimirum, quam malum sibi, & amarum, reliquit Dominum.

Tunc debet esse veritas sicut ferrum haſte Ionathae: ferrum, sed melle imbutum. Summitatem virga intinxit in favum mellis. Est ne facies veritatis? Eloquium dulce, mel in lingua; sed cutpis intincta dulcedine, ut penetraret occasione praecordia, ac illuminet oculos, caligine erroris a veritate devios. Ita artificiose hoc expugnabit, ac fraude ingeniola machinam conſtruet; ut qui intine punctus, non sentiat laevitate validos ictus: imò de vulnere accepto ex animo gratuletur, ubi cor artificio transverberatur. Iaceat punctus, & non agere, ut computus corde fergat ex vulnere: siquidem felix plauditur deceptio, dum plaga cordis cogitatur adulatione. Sic auris vellicata, sed non offensa: Hisp. Quede avifado, pero no sentido: quippequam novum artis genus; quod casus ofculetur pro vulneribus ferientis manus. Nequit fieri maior iniuria, quam caesio, vel punctum aliquem percutere; sed os beneficium doloris ita signare, ne in querelas vulnerum os possit nisi fatuus aperire. Studeat, ne laesus vel minimam pronat vocem; ne forte in voce exprimat infirmitatem. Ictus usque ad cor perveniat, si peccus transierit: verum vox non explicet, quod pervenerit. Operetur quavis perfide, ut vincat arte. Sit veritas quasi licatrix gratiosa, ubi vulnus sit altum sine scissura. Vultus fit elegans, peccus amaricans: personata accedat cultu voluptatis, specie blandimonia, facie festiva, sed amaritudo constet deposita larva; sicut qui vocat chirurgum in salutem, & magni aestimat inferendum dolorem.

Cant. 4.

9 Consideremus querelam Sponsi: Vulnerasti cor meum (aliqui Excordasti) in uno oculorum tuorum, & in uno crine colli tui. Quid similitudinis inter vulnerare, & excordare? Cor & lauciat, & simul allicitur? Utrumque invenit veritate, nacta opportuna, vel importu-

na occasione; igitur sine illa vel tangi pilo, erit cordi vulneratio, & cum illa cor allicitur, quantum alit vulneretur. Trahatur peccatum cor, ut illuminetur mens: siquidem hac de errore obtenta illuminatione, qui in veritatem pugnant, ducetur crine. Ideo pro Purpura Regis vinceta canalibus, id est, fasciis regis, sive tegni insignibus, aut coronis, legit Iudorus Clarius: Rex ligatus crinibus. A nemine longius distant veritates, quam a Regibus; qui vallantes membra rosis, solas aures sepunt spinis. Veritas opportunè coarctet, in quod potestas sine lege, vagabunda voluptate, sensum erumpit: & arte veritatis, maturitate occasionis maiestas Regis solatis moribus, blandè ducta consilij, ligatur crinibus. Bene igitur Excordasti, & vulnerasti; quia ingrediente dulciter veritate, tradito corde, ac deposita larva; potest insilgere, quae voluerit vulnera, ut expersit erroris, & opus amaritudinis veritatis dulcis.

Apollo, id est Sol, symbolum veritatis, pingebatur cum Gratijs, & sagittis: Ita Chart. de Imag. Deor. fol. 357. Haud refert, veritatem nudam aspicere: introducat gratia, ut sagittis visera: etenim cum gratia, veritatis abdicatur vulnus; licet sagittis confodiatur intellectus. Filii mi, & gloriam Domino, & confiteri, dixit Iosue Achan: hic statim: Verè ego peccavi Domino, & sic, & sic feci. Tunc Iosue: Exturbet te Deus. Vultus est officio patris, ut frangeretur munere iudicis. Invitavit gratiose festiva comitas, ut possit sagittare veritas: siquidem nunquam diceret, Verè peccavi: sic, & sic feci, nisi a Superiore audisset vocem Filii. Cor errantis gratia primum alexit, & postea severitas vulneravit: igitur manare ingreditur iustitia, praevia veritatis gratia: alioquin, & claro crimine, obvia primo aspectu severitate; reus ad veritatem horreret, quasi iudex excordaret.

10 Deinde etiam exhibitio modo, exponitur genio ingenij accommodatio. Ad quid igitur iustitiae antea flagellum, si errans compescitur iactu levi duntaxat oculorum? Acris pungit, qui indulgenter conivert. Ut corrigere discipuli erratum, Converteris Dominus respexit Petrum. Ut corrigere, non corrumpit, sed respexit: non indiget bilis motu, qui coarctet aspectu. Ad quid vulnus super vulnus, si cor acris vulneratur in uno oculorum? Icteri ad instar sunt lumina Superioris, qui solo aspectu sanant infirmitates. In Fortunatis Insulis singularis duorum fontium natura est, ait Pomponius Mela: Ex altero qui gustaverit, risu solvit in mortem: at verò affectu remedium est ex altero bibere. Symbolum patet voluptatis; siquidem bibimus ridendum venenum, & desideramus lethale risum. Symbolum est enim veritatis, tacite loquentis in derelationem erroris. Blandè ergo Dominus Petrum respexit, & in-

Veritas in unum na est sa per vulnere. 23: oportuna, me dicitur. Cant. 7. 5. Ibi. Cl. Ingenij docile datur do ciliae.

Veritas cum me do fel et mel.

Apollo cum gratia: & sagittis. Vincet. Chart.

Iosue 7 19. 20. 25.

Confessio rix quam necessaria prudentia est iustitiam.

Luc. 22. 61. Non indiget bilis motu, qui coarctet aspectu.

Risus er roci in mortem. Pomp. Mel. Petri la chrymas.

Vit. gratiosa veritatis. Pal. 34. 11.

Simili Proteo mutant usque. quaque vultus.

Achil. Boech.

Leo Pap. Senec.

Genes ante adventum Christi errabant peccatum more.

Ambr.

Senec.

timè pupugit: etenim suavis veritas cor aberrans liquecit in lachrymas. Molliecit faexum pectus, ut dilectus est locutus: ac dum veritas gratia solvitur risu; cor praenitens rubore solvitur fletu. Misericordia, & veritas obvia vultu sibi: & Petrus eductus est a delicto; quia obvia veritas, quasi criminis compulso. Mira patrat veritatis lux, comite gratia; verum maiora comite misericordia: quandoquidem errans magis dolor, & erubescit; ubi iudex condoleat. Proteo comparatur veritas. Mutabiliori confertur immutabilitas; & minimè dissona imago, quia veritas ut regnet, aptatur cuilibet genio. Vide Pier. Valer. lib. 4. cap. 20. pro quo ingenio Achil. Boech. Quasi. Symb. 61. ingeniose succinit.

Quidam alius Proteus, quae Veri ipsius imago est, Omnia vertentis sese in miracula rerum. Illa eadem divina hominis forma interioris, Quam varia illudat facies, & opinio fallax. Hic specus errorum illic ingens, ubi vacat libido. Distrabit infanos stadia in contraria sensus.

DIDASCALIA XX.

Christus nascitur in lucem Gentium.

1 Quod praenavit Iaias, aſruit Leo Papa Serm. 2. de Epiph. Dom. Exponimus, quae promittimus Taut. 4. Did. 4. n. 3. Nox media Solem vidit.

Dicemus (latius, quam Senec. in Hercul. Octavo Act. 2. v. 462.) nato Domino, siquidem cum nox medium iter haberet, Sol iustitiae in terris apparuit. Evangelizatur patoribus, & signo stelle etiam Gentibus; quia bonos illucit, & bardos bonus pastor informat: etenim alias oves habebat, quae non erant ex ovili, & illas illum oportebat adducere, ut detersa caligine, quam distenderat error; fieret unum ovile, & unus pastor. Hoc est, ut ait Amb. lib. 2. in c. 2. Luc. Gentium greges peccatum modo ante vices in caulam Domini: ne quos spiritualium bestiarum per ossis noctium tenebras, paterentur incurfus. Vide uberem in omnes gratiam Domini generatione diffusam. Nemo ab huius aliceritatis participatione fecerunt. Una cunctis laetitia communis est ratio: igitur si iustus ad palmam, peccator ad veniam, Gentilis vocatur ad vitam. Videtur mihi videre in verbis Tragici, folium recitare Sibyllae. Ita quidem, nescio quo Numine, dixit in Hercul. Furent. Act. 2. v. 455. Quam gravia parvus tulorip ignoras mala. E matris utero fulmine electus puer, Mox fulminanti proximo patri sterit. Quid: Qui gubernat astra, qui nubes quatit,

Non latuit infans rupis exese specu. Sollicita tanti pretia natales habent, Semperque magno consistit, nasci Deum. Quemcumque miserum videris hominem scias. Quemcumque fortem videris, miserum neges. Fortem vocemus, cuius ex humeris, leo Donum pulvis facies, & clava excidit. Ille Deus ultionum, Leo fortis Iuda, sub quo curvantur qui possant orbem, qui extendit caelos solus, & graditur super fludus, qui commover terram de loco suo, & stellas claudit quasi sub signaculo, cuius fortitudo similis est rhinocerotis, haeret placide uberibus Virginis Matris; de cuius thalamo naturae humanae egrediens Sponsus, donum pulvere factus, gravia mala parvus tulit, & proſpona gratis per tulit; ut videns miserum, hominem sciret: & videns fortem, Deitatem in homine non negaret: etenim mylterij verus venerator est; qui nec de Incarnatione aliquid falsum, nec Deitate aliquid tentit indignum. Verum cum magno temper constet nati Deum, salatem omnium; Chritus nascitur in lucem Gentium & qui gubernat astra, qui nubes concurit, infans rupis exete specu minime latuit. Unde Gentiles cognitionem obtinent: sollicita tanti pretia natales habent.

2 Sub viri potestate eris, & ipse dominabitur tui: intimatur feminae. Qui nam Vir, & Femina? Femina, natura humana: Vir Oriens nomen eius. Alruit Paulus: Sacramentum hoc magnum est: ego autem dico in Christo, & in Ecclesia: id est, Christi, & Ecclesiae, ut notat Alap. Cur ergo in Christo, & Ecclesia, quae ex Gentibus congregata: Quia congregavit ex Gentium populis, caligine errantium, magnum est hoc sacramentum. Deviauit mens Gentium a cognitione Creatoris, dicta idolis, illecebris volepratis: unde Sponsus, cuius potestati colla subdere debuit, advenientem in mundum non cognovit. Retrò feculis cantabat: Dilectus meus mihi, & ego illi. Excussit iugum dominationis Sponsi, abiens post vasa; quae debebat infeliciter exca: & cum redit ad Sponsum, mylterium dicitur magnum; quia faulè revocatur gratia favoris, quantumcumque intendit iugum Sponsi excutere potestatis. Umbras superstitionum deplorabat orba Gentilitas, quousque lux adveniret, quae errorum fugaret tenebras. De caelo adventura, & ita gratia, ut ipsa sicut nescia Numinis, suae etiam esset felicissima sortis; quae honoraretur Sponsa, quae iacebat in malis libidò serva. Fruitura erat non voto (siquidem nec minima ei inerat cogitatio) sed beneficio, cum Vir, cuius nomen Oriens, descenderet similis nobis passibilis a summo caelo. Sedentibus in regione umbrae mortis, lux orta est eis: & illud et Gentilitas nacta est in stella signum; agnovit Sponsum, lumen

Obſſeratio Obſſeratio nativitatit, & Gentium vocatone.

Quantum ubi na rivitas Chriti.

Nascitur in lucem Gentium.

Gen. 30 16.

Zach. 6 12. Eph. 5 32. Alap.

Vocatio Gentium eximia gratia.

Cant. 2 16.

Fit Gentilitas spolia ex ser. 90.

Matth. 23.

Iamen ad revelationem Gentium. Quapropter Magi dicunt: *Vidimus, & venimus.*

Dan. 4. 30.

In varia Nabuchi fortuna exprimitur Gentilitatis profectio, & divini amoris demonstratio. Lapsus Regis arrogantis à forma hominis in speciem turpem irrationalis; indicat casum humana cognitionis, quæ desecit à vero Numine in Numinum cognitione: igitur mens infatuata, phantasia illusæ, adorabat idola, quæ cogitabat phantasia, simulibus hominibus factis adoratis idolis. Bellua rationalitas habitabat inter belluas; ita ut capilli eius creverent in similitudinem aqualarum, & unguens eius quasi avium. Cœlestem potestatem agnoscebat, & ait: *Oculos meos ad caelum levavi, & sensus meus redditus est mihi:* quasi indicans in adoratione idolorum non habuisse nec sensum, nec sensus; quos quidem ducebat appetitus, quousque levavit in caelum oculos, in cuius Oriente videntes stellam (signum nati regnum Regis) Magi, primitivæ Gentilitatis, Numen verum cognoverunt; ac vale dicto idolis, precipientes adorant.

Ibid. v. 31. Magi primitivæ Gentilitatis.

Lyran.

Ar. anno ris divi. 61.

3 Duas filias habuit conditio humana, quas Christus assumpsit in Sponsas, Synagogam scilicet, & Gentilitatem; ait Lyran. in *Deut. 21. v. 15.* (de quo clarius infra) quarum figuræ fuerunt Lia lippis oculis: sed fecunda; & Rachel sterilis licet, in signi formâ. Utraque dignata maximopere, sed successivè; & quod amplius est, conditionis dignatione. Unde vir siabat inter dilectam, & odiosam, apprensus, & Palto-ribus, & Regibus; ut experiretur, an ex odiosa obsequium; an ex dilectâ fastidium. De illis præclare meritis, tot temporis momenta, eximiaz delinavit dilectionis signa; ut caperet vel delicis refuga corda: sed non potuit, quantumvis præclara fide. Haud novum arbitror, sunt quidem fecunda: nec contemptum usquemodo, an efficacius erga illas odientis tedium, aut diligentis studium. Conditorem illarum summam operæ præmium erit describere, ut notum fiat, quàm gratis dilectæ.

Insenit & moris Gentilitatis.

Baruch. 2. 10.

Chryso- stom.

4 Dux isthæ naturæ rationalis lapsæ, filia, haud fuerunt paræ ætatis, nec æqualis conditionis. Gentilitas ætate maior, erat turpis, & summe turpis, vel prima facie deformis, lumina cuius sine lumine crebris albuginibus, offendens pedibus usquequaque tot cacitibus. *Tristis super magnitudinem mali, & incedit curva, & infirma, & oculi desipientes, & anima esuriens.* Ulceribus plena, bis mille, & amplius annos habens in infirmitate sua, pedebilis, fenilis, ranciâ, rugosa, fordida, squalida, horrida, immunda, lurida, marcida (Hæc est nova nupta? Utiq;e. *Hæc enim de causa imperfectio revelatur, ut aperte percipere possis, quales subitò per gratiam effecti fuerint.* Hæc Chrystost. Homil. 66. in *Matth.*) sed ita lasciva,

circundata prociis, sicut mulier in civitate peccatrix; infamia laborans, male audiens, fidei, nec sibi consulens, prostituebatur meretrix, amafios adorans sine delectu, & aureos, & lapideos, quinimo vel serpentes, dracones, aspidæ erant æluantis idola cordis; & simul si adveniebat per invisa miracula Sponsi exoletæ noticia, in stuporem raticnis, amplectebatur quasi unum è multis. Ecce caducæ desipientis status, dum venit Sponsus.

5 Filia natu minor Synagoga, erat pulchra, lepidula, scitula, mundiola; sed ita repumicata ornata, ita delicatula cultu tot ritibus; tot ceremonijs, tot institutis, quibus ab infantia eam instruxerat Puritas legalis à latere comæ; ut ultra legis prescripta unguem transversum discedere non posset scrupulosa: verum nonnunquam invitâ Minervâ, cervice dura te- debat legum multitudinis in fœdere desponsionis. Quousque crevit, præcepta Sponsi observavit estò invita, & fastidiola; & quia videbatur diligere, vel de Sponsi miraculis semper querula. Posteaquam Scribis, & Phariseis synedris, signa Sponsi posuit iniquitatis signis, capite transilire fines verecundis, arctioris religionis specie, titillare hypocrisis. Unde si servus aliquis zelo ductus legis fractæ, & sæpe fidei commovebat, illicè vitæ commota bile privabat. Leges Sponsi decernebat urbanitatis ritus, & poetica præcepta dicis gratiæ: lenocinia propria voluptatis, & cordis adinventiones fulminabat tanquam leges: in quibus ita vana Sponsi officijs, ita arrogans fiducia dilectionis, ita pervicax signis gratiæ, pignoribus benevolentia; ut Lucifer ipse habitaret in corde: igitur ducta pessimo ingenio, corde vano, conditione effræni, cervicè indocili, cupita libertate, proclivitatè pondere; estò stimulis puncta conscientia,

— *Tamen ad mores natura recurrit damnatos, fixa, & mutari nescia. Nam quis peccandi finem posuit sibi: Quando (Synagoga) recepit*

Eiectum semel attrita de fronte ruborem? Estò inquam, stimulis puncta conscientia, multoties adultera defecit à fide, Sponso sciente; & illa, quod non latebat Sponsum; quin prævaleret novum de indulgentia beneficium: imopotius in rabiem perçita, non iniurijs, sed obsecrans quijs agitata (quia beneficia est usque læta, dum videntur exsolvi posse, at pro gratijs odiâ redditur, ubi multâ antevenerit) haud placide quievit, respondens demonstrationibus præclara charitatis excoegitatis iniurijs, & miraculis amoris fastidiosus tedijs, cum fortunam cogitaret imparem merito; quousque serpens peccatore ingrato (cum diabolus misisset in cor, ut in virum, sub cuius potestate creata, iniuste diceret ius) pro tribunali decrevit cruci figere, &

Diabolica indolentia Synagoga.

Iuved;

Interfecit Sponsus.

Deuter. 21. 15.

Gentilitas eligitur in Sponsam

Genes. 48. 14.

Deuter. ubi sup. v. 15. 16 & 17.

Reges Magi primogeniti Ecclesie ex Gentilitate.

Matth. 23. Ambr.

è medio tollere. Quanta in uno facinore sunt criminali Addit & aliud, perseverans in sententia: nec sapit iniurijs, nec respicit flagellis, infensibilis facta fronte perficitâ, contumacia, & impudentè velamine. Hæc sunt gesta, tanquam dotes Synagoga.

6 Ecce Sponsæ mystici Iacob. *Quid si habuerit homo uxores duas, unam dilectam, & alteram odiosam?* Haud aliter Christus erat inter Synagogam, & Gentilitatem, amorem contempnans disparem. Erat inter dilectam, & odiosam Sponsus, & odiosus & dilectus: dilectus ab odiosa, ac odiosus à dilectâ. Dilectus à Gentilitate, quam iuste ob crimina oderat; odiosus Synagoga, quam addictam legibus iurè dilexerat. Tempus intabat, quo apparens qui latebat, Ecclesiam Sponsam eligeret, & sibi in perpetuum collocaret. Sacramentum hoc magnum est. Sponsus in medio stat. Quid denique deliberat, & odiosus, & dilectus? Quod Iacobus: *decussavit brachia, Commutans manus.* Dammavit lavâ odium dilectæ, perolvit dextra studium odiosæ. Odium commutavit in obsequium, obsequium in odium: renovans in Iordane vetulam caducam; ac exhiberet sibi Ecclesiam gloriosam, non habentem maculam, aut rugam. Commutavit manus, ut iam dilectæ odiosæ Gentilitatis ecederet iure iura primogenitaræ.

7 Legem adimplet, quam tulit. *Si habuerit homo uxores duas, unam dilectam, & alteram odiosam, genueritque ex eo liberos, & fuerit filius odiosa primogenitum, & præferre filio odiosa facere primogenitum, & præferre filio odiosa; sed filium odiosa agnoscat primogenitum, dabitque ei de his, quæ habuerit cuncta duplicita.* Hæc est lex ad filios Israël, cuius mirabilem perfectè executionem amor divinus erga Gentilitatem. Vidit naturam humanam primæ noxæ vinculis catenatam, & misericors prælegente Sponso, intellectus dormitavit, & ita dormivit sicut oryx illaqueatus in oblivione Deitatis cognitionis, ut plustquam semisopita, cæca caderet in labyrinthum abstrusum Gentilitatis. Unde deficiente fide, exosam habuit, & Synagogam dilectam Sponsam doxit. Diligentem dilexit. Si probatio dilectionis flagrantis exhibitio est operis; quæ non fecit? A servitute eduxit, fortunis dominorum ditavit, mare divisit, pluit manna de cælo eius fastidium, ad voluntatem lubidinis, etiam dedit ad escam aves volantes: ac denique in æternam possessionem quasi in dotem, terram dedit bonâ dividerentur adventi, & Magis in Oriente stella apparuit. *Stella ab his videtur* (ait Ambr. lib. 2. in cap. 2. *Luc.*) ubi Herodes est, non videtur. Quid hoc? Nonne Synagoga dilectæ? Gen-

tilitas non odiosa? Ex dilectæ muneribus recipit odium, ex odiosæ filijs, præstantissimum obsequium. Amori respondit amor, atque fastidium fastidium. Unde intendens voluntatis promptæ desperatam excellentiam, filio odiosæ dedit primogenituram; quam felici occasione nacti fuerunt Magi, Reges Orientis, primitivæ Gentilitatis.

8 Pervenit ad patrem fuisse, qui dissipaverat substantiam suam vivendo luxuriosè. Afsidet cum Christo in mensa beatitudinis, mulier quæ erat in civitate peccatrix. Assumitur in reginam obnoxia, morti ancillola Esther, & reprobatu regina Vasthi. *Septuaginta reges* (nimisrùm, Gentilitas; quam signabant septuaginta linguarum discrepantium Nationes. Vide Damian. lib. 6. *Epist. 4.*) *amputatis manibus, & pedum summitatibus colligebant sub mensa* (Synagoga) *reborum reliquias.* Dum veritatis ignorabant cultum, vanis insitebant ceremonijs idolorum, serpentes humi, & gradientes pectore: verum fors & manus commutavit, ac Adonibezech talia passus, qualia fecit. Augusta sedebat Synagoga, quæ induebatur bysso, & purpurâ (Consule Greg. Magn. Homil. 40. in *Evang.*) & epulabatur quotidie splendide, uti dives avarus: Gentilitas iacebat ad sanium divitis, quemadmodum Lazarus ulceribus plenus: ac iacet scopus irarum, quæ fuit amoris demonstrationum, tormenta patiens inferni; dum exultat Gentilitas in sinu Abrahæ.

* Iustum enim erat, ut suspenderetur Amanus propter insolentiam tyrannidis; & sufficeret Mardocheus iacens depectus ad ianuum regis. Iustum, quod Sponsus signis responderet amoris; cum elevavit signum in nationibus ex ara crucis: etenim Gentilitas revertebatur percutiens pectora sua, videns quæ fecerat in Sponsam soror eius Synagoga. Congruum, ut sicut dixerat, nasceretur in Bethlehem; sed etiam quod citò, & nocte fugeret inde. *Noctæ,* quia tenebras ignorantia, his à quibus recessit incredulis iurè reliquit: *Citò,* ut credituris manibus, & persequentibus esset oculus. *Ascendit super nubem levem,* Virginem Matrem; ut idola Gentilitatis corruerent; ac Ægyptus, quæ nondum eiecerat ab animo superstitionem, saltem hospitio in spem reciperet veritatem. Vide Hieron. lib. 1. *Comment.* in cap. 2. *Matth.* & Leon. Pap. *Serm. 2. de Epiph. Dom.*

Petpende articulum in Iohanne, quem diligebat Iesus, ac in Petro, qui à fide desecit. Currebant autem duo simul: sed Ioannes præcurrit citius Petro. Venit prior ad monumentum, & ingredi non præsumpsit: venit ergo posterior Petrus, & intravit. Ad Greg. Magn. *Homil. 22. in Evang.* Petrus signatur quasi filius odiosæ, qui defecit à fide: Ioannes quasi filius dilectæ: currebant ambo simul; sed Christus filium odio-

currebant ambo simul; sed Christus filium odio-

currebant ambo simul; sed Christus filium odio-

currebant ambo simul; sed Christus filium odio-

Luc. 15. 17. v. 17.

Esth. 2. 4.

P. Dam; Iud. 1.

Umbræ filijs for tis Gentilitatis.

Luc. 16. 19.

Greg. Magus.

Esth. 2. 19. & 7. 10.

Luc. 23. 48.

Isai. 19. 1.

Hieron; Leo Pa. pa.

Ioan. 20. 4.

Greg. Magus.

12

fa agnosceit primogenitum: sero venit, sed intravit; quia in credendo pravenit. Cucurrit Synagoga, & ad monumentum stetit vacua; quia cum dia longe, satieque Sponsum prophetaret, presentem vidit, & recipere renuit. Unde nata occasione surripuit, quæ spectabat ad Esau, benedictionem Jacob, Descendebat Christus, ut eius presentia viveret, seu suscitaretur Synagoga, Principis filia, sed pravenit Æthiopia, iam candidè formosa, quæ fuerat nigra. Salus prius Gentilitatis conceditur, quia credidit prius: laborabat sanguinis fluxu, dum Synagoga, tanquam à corde mortua, iacebat insensibilis sine moru. Audacem fortuna adiuvit: & ita felicitatem inter forores invidit; ut dum Sponfus ad unam proficiscitur, alia ipso praterente curaretur. Ideo Moyles non accepit uxorem, nisi alienigenam, & Æthiopiissam Sephoram; ac cum illa descendit in Ægyptum ex Median, ut educeret à servitute filios Israël. Ægyptus idest, tenebræ: aptè congruit Synagoga salutis: siquidem haud educitur de potestate tenebrarum, nisi cum intraverit plenitudo Gentium. Tunc salvus fiet Israël; & donec veniat secundò, sic manet, & fiat quem diligebat Iesus.

Genes. 27. 17. Math. 9. 10.

Gentilitas praecepit Synagoga.

Exod. 21. 21. Ioann. 21. 22.

In Synagoga igno- rans ex caritate, in Gentibus caritas ex ignorantia.

Luc. 7. 37. Papiioli symboli amaris profandi. Cth. Vga.

9 Pro gratulatione nostra, etiam insuit electioni causa, licet non ex condigno, tamen de congruo. Cæca regnabat Synagoga, & Gentilitas iacebat cæca: stante signo huius prosperæ fortis, quod cæca faceret; & illius infelicitatis, quod cæca regnaret. Quapropter Synagoga potius obcæcatur, quam cæca: secus Gentilitas, quæ non potuit, ut videret; ubi Synagoga potuit, laborans cæcitate cordis. Verum relictæ Gentilitas cæcitate mentis; unde misericordiam obtinuit, quia ignorans fecit. In Synagoga cæcitas ortum duxerat à malitia: in Gentilitate tenebræ ex cæssa ignorantia, & pingui Minerva: faciliusque indulgetur reatus criminis, ubi crimen oritur ex defectu intellectus. Prius non dilexit, quia prius non cognovit: sed respondit obsequij, & charitatis officijs cæca Gentilitas, illis ut illius oculos stella radijs, aperuit fulgida Deitas.

10 Sententia fuit N. Gregorij Magni Homil. 33. in *Evang.* quod Gentilitatis, idolorum meretricis, typus fuerit Magdalene, de quo dicitur: *Ecce mulier, quæ erat in civitate peccatrix.* Eadem obsequia visa sunt in Gentilitate, quæ rutilarunt in conversione mitifica Magdalene. Ferrebat profane in quaque cordis pro- lubio, prope flammam perditionis volitans cæcè papioli.

(Qui circumvolans acceptus amoris ad ignes, Ne non naturam papiolis habet.)

Quin despiceret minimam adorationum (tanquam suæ pulchritudinis tropæum) emissitq; cordis per oculos inmodellia, qua vicissim speculanti lucem, surabatur corda, pari pondere

re amplectens reptilia, & atra: oblita ergo sui, quas arbitrabatur delicias, construebat illecebras, ac bombycis ad instar ins baotica, mentis alienatione, dulci paracope, decipulis voluptatum exudebat sepulchrum. Verum vincula quæ fecit, fregit; & lachrymis rumpit, *Ut cognovit.* Ut cognovit veritatem, abdidit errorē: ut cognovit, credidit: promptitudo expressit incendium dilectionis, tanquam signum amoris Gentilitatis: igitur hæc, ut Deum verum vel in præsepio cognovit, totis viribus quæsit, & adoravit. *Ubi est?* dicunt: confiteretur prius adoratione, si scivisset ubi esset: & atrocitabat, quia ignorabat ubi. Nullum interitui momentum inter cognitum, & volitum: nullum infans inter visionem, & cultum: viderunt, cognoverunt, venerunt, & Magi procedentes adorantur. Unde ex favore stupescit (cum esset pulchra, quæ fuerat turpiore forma) suffusa rubore de cæcitate ignorantie, æterna fide, perpetua delitate, quicquid error præpedivit, brevi Spōso studijs summis persolvit: ac comprobavit ex imo peiore obsequium; quandoquidem ut cognovit, *Dilexit multum.* Summus Pontificatus traditur Simoni, qui defecit à fide: cognovit, quod defecit: sed postquam defecisse cognovit, plus amavit. Redemit meritis serventis charitatis, tempus erroris: & non tantum dilexit, sed plus cunctis.

11 Magnes abdidit aurum, & attrahit ferri: ut notat Augustin. lib. 21. de *Civitate Dei* cap. 4. Quapropter quod hærent naves in Mari Rubro, à prudentioribus minime adferbitur Remora excogitata pisciculo (quicquid dicant Plin. lib. 32. cap. 1. Oppian. lib. 1. Elian. lib. 12. cap. 45. Arithot. lib. 1. de *Histor. Anim.* cap. 14. Sueton. in *Augusto*, & Guilicm. Rondoleius de *Piscib.* p. 1. lib. 15. cap. 18.) sed magnetice virtuti, ut placet Athanas. Kircher. de *Arte magnetica*: igitur incola pro clavibus ferreis, modò utuntur in navibus ligneis; quoniam montes magnetis adhuc sub aquis, navium trahebant ferrum, & vasa periclitabatur conteri, vel impellebantur allidi. Vide Sim. Maiol. p. 1. *Collog.* 16. Hoc moraliter accidit navibus rationalibus, *Vasis pappi super aquas*, ut dicit Isaias, vectis in Indiam felicitatis, ut merces consequantur salutis, in structura fragilis corporis: magnes ferri navium voluntatis, est Deus, ad quem hominum pertinet salus: & parvi momenti est, ut summantur, modò extrahatur à navibus magnetæ ferrum, (Vincitur acumen vivacitate vernacula dialecti: *Como se saque el hierro, importa poco, que se pierda todo.*) Ideo in statu Nabuchi obumbrabatur Gentilitas: omnia metalla construxerunt monstrum; siquidem *Simulacra Gentium argenti, & aurum*: etenim ab illis adorabatur materia, minime forma. *At Tibia ferrea, pedum*

Gentilitas ut cognovit, sola proterit

Ibidem,

Math. 22. Redemit tempus erroris singularibus obsequijs.

Luc. ubi supr. v. 47. Ioann. 21. 15

Magnes non trahit aurum sed ferrum

August.

Vitæ misticia magnetis.

Isai. 18. 2.

Deus sagittis animis de rationalibus salute. Palm. 113. 42 Oper. Gêntilitatis Nomina Dan. 2. 33.

Adventu Christi evanuit idololatria. dum quædam pars erat ferrea, quædam autem fictilis. Idest, fundamenta eius ferrum idololatriæ, & fictile in humana conditione. Descendit de celo, de Patris sine lapsu sine manibus, lumen Gentibus: ac percussit radijs ferrum, & latum idololatriæ, dissipatum est monstrum.

12 Acus tangens magnetem fertur in Helicem, seu stellam polarem: at si circumdatur quatuor, vel plus ferri fragmentis manet immobilis: unde Picinell. lib. 12. num. 199. *Mund. Symbol.* ait: *à nullo trahitur, quia disfrabitur.* Si verò removerent ferri reliquæ, tenentes acum circumvalatione dobiat; statim impetè fertur in stellam. Ecce sciaographia, in qua variatum hominum proclivitatum, ac diversorum affectuum rutilat umbra. Condita est natura rationalis respiciens cyrosuram rationis, demonstrantis unicam Deitatem, & bonorum omnium fontem. Circudata fuit idololatriæ erratis, quibus erant ambigæ, & pendulæ peccatoris inclinationes. Ut removerentur errata criminum à peccatore humano, Filius Dei descendit de celo: & illic ut cæcam illuminavit naturam; illa respexit stellam, alacritate tanta, libertate obtentatur idem esset videre, & Deum verum adorare. Nequaquam uti foror nequam signa quæsit, experimenta fecit, *Tanquam ibi volentes probare* (ait Augustin. in *Psal.* 63.) *utrum verè homo.* Insigne ergo est Gentilitatis, *Vidimus, & adorare venimus.* Viderant stellam, sed non adorant stellam, quam adorabant. Cur? *Ubi iuxta magnetem ponitur adamas, non rapit ferrum:* dicit Augustin. ubi sup. de *Civitate Dei*. Deficit virtus stelle, præsentè adamantè: & etiam fiderum evanuit Gentilitatis adoratio, præsentè Christo. Unde Magi sequebantur splendidum astrum, sed procedentes adoraverunt Christum; qui radijs veritatis fugaverat umbras erroris.

Gentilitas Deum verum ut cognovit, adoravit.

August. Math. ubi sup.

August. Adventus retribitio simulacrorum evanuit adoratio Apoc. 4. Alap.

Apparuit bus maxime, & statim adoravit Gentilitas v. 10. Recipit, quem Synagoga propulit.

Gentilitas vidit vel signum in stella, & venit statim offerre dona. *Vidimus, & genuimus.* Invidebat, ut amulabatur speciositatem fororis minoris deformitas Gentilitatis. Satagebat de pulchritudine femina: viro videbatur odiosus; & quæsit diligenter Sponsum, qui eam meritis oderat, ubi ille odiosus videbatur amasit, quam sive nimia quærebat. Acute igitur Philipp. Picinell. ubi supr. lib. 11. cap. 10. num. 53. in hoc proposito pinxit Heliotropium, & Locum cum inscriptione: *Flecentes adorant.* Aptè, revelato cogitatus acumine. Patriæ obliviscitur, qui gustat locum: Heliotropium gyris floridis, Solis sequitur cursum: ac strenua Gentilitatis deliberatio in Loto appositè exprimitur, & Heliotropio; quandoquidem ut flecentes adorant; simulacra Magi viderant stellam, neglexerunt (Solem Heliotropij adinstar sequentes) dilectam patriam.

14 Animo fuisseit divisio talentorum, ut sequamur exactius allegoricum documentum. Adamo, seu statui gratiæ originalis in perfecta iustitia, tradita sunt quinque talenta. Legi Naturæ duo tantum: Legi autem Scripturæ unum, sed utrinde pretiosum: quin Gentilitatis in huiusmodi divisione contigit talentum vel plûbeum; quia tradidit illos Deus in reprobum sensum. Devenit tempus definitum, estò incertum, quo morte creditoris in cruce computarentur lucra, & bona matrimonij (in Gentilitate omnia bona erant castrèsia: uniusquisque coronabatur, præter legitime certabat) & Sponsa Synagoga, debiti immensà considerata summâ, consilij inops, superbia vecors, Luciferi compos, quin æs alienum frangeret animum, nec comprimeret spiritum, apsis proculcata, difpas accensa, ex candente corde, æstuante peccatore, plenoque stomacho bile, dixit adæx creditor: Ecce clendia, Lapides & Arca: ecce dos nimia, & summè prædicata, Manna & Virga, Altare & Mensa. Quid hoc? Respicie: velum teplæ scilicet est. *Ecce habes, quod tuum.* Sponsa mala, serva iniqua, ubi verecundia? Quis prædicet in infantia? Adhuc spirat Sponsa minarum: *Seio (ait) quia homo durus es: metis, ubi non feminasli.* Excogitari potest vel in femina frons perfidior, aut pernicacia impudentior?

15 Audit Sponfus blandè, & respondet: *Meo, ubi non femino.* Perpende. Duo obiecta sunt, nimirum, hominem durum esse, & ubi non femina verat, metere. Confitetur planè, quod ipse metit, ubi non seminat: sed quod durus sit, non confitetur. Qua ergo lege placidè audit, & obiecto confessione consentit? Ut Sponsa dilecta confunderetur verecundiâ, si aliquando ruborem, seu pudorem habuit Synagoga. Hæc hereditas ubi merebat, & non femina verat, erat Gentilitas. Vidè Hugonem hic: ac exponens *Gentilium redamationem*, exprobat Synago-

Phil. Picinell. Conferatur Heliotropium, Loto.

Impudètia Synagoga in Sponsum

Math. 25. 25

v. 24

v. 26

Ex Gentilitas gratia sine magis claris ingratum do Synagoga.

ga cervicem rebellem, & cordis ingrati-
 nem; siquidem ex Gentibus melliferæ gratiæ
 primitias, ubi non seminaverat gratias: & per-
 solvebat grates reverentiæ ad signum, cui non
 dederat talentum. Quid non mereret, si semi-
 navisset? Confiteretur ideo obiectum, ut operiat
 Sponsa præ confusione vultum; intuitus fructus
 quos colligerat, ubi femina beneficiorum
 non speraret: ac superet aspiciens in serva,
 quod desideravit in Sponsa; videns eius exi-
 miam commendabilem fidem, & propriam in-
 trospiciens notam infidelitatem. Quid? Confun-
 datur, & erubescat: tigris odiosa solite qua
 sivit, & in præsepio Sp̄s ōm̄iū ac dilecta elimina-
 vit, ac expulit in præsepium. Quæ sivit ibi, ubi
 illa deiecit: & quia adhuc infirma, licet iam il-
 luminata; in tribus Regibus Magis obtulit cor-
 da, apertis thesauris adorationis, in obsequium
 veritatis. Unde cum Sponsus vidisset odiosæ
 officium, fidei homagium, & fœderis sacramen-
 tum, taxans dilectæ ingratiitudinem, & infideli-
 tatem; odiosæ insit tradere dilectæ talentum,
 & pretiosissimam dotem.

16 Quid faceret serva, Sponsa? Quantum
 diligeret, si dilexit serva? Quid faceret? Vide-
 dere lucem? Sequi Solem? Adorare? Cor offer-
 re? Cedere thesauros, ut in conspectu Solis ius-
 titiæ steteret Helioctyfos? Pervenit ubi non ul-
 tra: igitur redemit tempus, ut constaret cordis
 amore flagrantis motus: ita enim exultavit ad
 currendam viam, ut tredecim diebus perve-
 niret ad metam; nanciscente officijs brevi tem-
 pore, quicquid multis annis poterat cognitio-
 ne. Ad undecimam horam (in conductiōne ope-
 rariōrum vineæ Domini Sabaoth, Greg. Magn.
 Homil. 19. in Evang. ait) Gentiles vocantur quibus
 & dicitur: Quid hic statis tota die otio-
 si? Quid illi? Quia nemo nos conduxit: igitur si
 prius vocati essent, prius venissent: si prius vo-
 cati; & prius venissent, etiam sine conductiōne:
 at non currentis, neque volentis, sed miserenti-
 æ est Dei. Præmium singulis datur vocatis, ubi
 labor consummatur in hora mortis. Condu-
 xerunt primo mane Synagogam per legem: no-
 vissime in Ecclesiam Sponsam, Gentilitatem;
 at cum ubi femina; abundant querimonia; &
 zeloty piâ invldē concitata Synagoga, dixit ser-
 vente bile: serva quæbitur Sponsa? Portavi
 pondus, sed labor iniquus! Præmium non est
 decor, sed dedecus, quia inæquale meritis: Hi
 novissimi unâ hora fecerunt, & pares nobis!
 Proh dolor! Carpitur, rumpitur, & domum vo-
 cibus implet. Impudens, fatua, argumentum sit

ruboris, confusionis, ac propria pigritia; quod
 ipsa vel invitè profers de Gentilitate: siquidem
 hi novissimi unâ hora servituti, fecerunt satis
 multis annis dilectionis. Erubescet, cō quod tot
 seculis tenuisti facere in amore frigida, quic-
 quid hi novissimi fecerunt, & unâ hora. Sufficit
 amanti nimis tempus exiguum, ut innotescat
 obsequium; quippe labor non pendet ex tem-
 pore, sed ex cordis charitatis intensiōne: ruti-
 lante uti miraculo, & conditionis humanæ
 prodigio; in tam exiguo tempore, officiorum
 sublimiam redamatione.

17 Dilexit multum. Quis audivit unquam
 tale? & quis vidit huic simile? Quid Domine?
 Nūquid parturit terra in die una, aut parietur
 gens simul? Quoddam, & de quo miraculū
 predicatur, & prædicatur? De conversione Gen-
 tium; subdit Alap. hic v. 9. Terra germinat suc-
 cessivè, florescit lente, frondescit sensim, fructi-
 ficat gradatim: atque in conversione Gentium,
 notatur ut prodigium, quod gens a Sole pro-
 cul, pareretur simul, unâ die, seu potius eodem
 instanti: igitur vix Deus feminavit in mentibus
 cognitiōnis lucem; & Gentilitas fructificavit
 firmam dilectionis fidem.

Inde (sua manus) gleba capere moveri,
 Mox humeri pectusque, onerataque brachia telis
 Existunt, crescitque seges clypeata virorum.
 Licet hac seclū, quod aliō Vates concinuit
 lib. 3. Metam. Fab. 1. Quis audivit unquam tale,
 aut vidit huic simile? Peperit terra Ecclesia
 gentem simul. Unâ die crevit seges clypeata
 virorum: etenim ut responderet tarditati cog-
 nitiōnis; in momento temporis, sacrificio cor-
 dis, idem fuit videre, ac venire, & adorare. Ille
 alius, de quo in Casar. Plutarchus, Venit, vidit,
 vicit. Gentilitas vidit, venit, & vicit Synago-
 gam sororem, quia in homine noluit agnosce-
 re Deitatem.

Semper magno constitit nasci Deum.
 18 Qui confertens univocis secundum
 opera, introivit cum Ecclesia ex Gentilitate ad
 nuptias, & Synagoga usque ad tempus clausa
 est ianua: siquidem odiosus, & dilectus per-
 solvit utriusque dilectæ, & odiosæ studium, nas-
 cens in lucem Gentium: feliciter, amaritudinē
 dilectæ respondens amaritudinē; & etiam dem-
 onstratione fidei odiosæ uxoris, fidei demon-
 stratione. Hoc festum nostrum est. Satagamus,
 ut per bona opera certam nostram vocatio-
 nem faciamus, ut quem Magi Infantem vene-
 rati sunt in cubulis, nos Omnipotentem
 adoremus in caelis. Amen.

Obsequia
 Gentili-
 tatis na-
 to Domi-
 no mag-
 ni pretij
 & meri-
 ti infig-
 nit.

Heliocty-
 fos in So-
 lis conf-
 pectu
 staver, &
 non mar-
 cescit.

Greg.
 Magn.
 Matth.
 20. 7.

Prudētia
 illius
 non labo-
 raverat,
 quia ne-
 mo con-
 ducerat.

V. 12.

FINIS TOMI PRIMI.

Plurima
 hora fe-
 cit in Ge-
 ntilitate
 Ecclesia,
 quam tot
 seculis sy-
 nagoga.

Itai. 66.
 8.

Alapid.

Simulac
 Deus vo-
 cavit.
 Gentili-
 tas ref-
 pondit.

Ovid,
 Metam.
 lib. 3.
 v. 1.
 vicit.

Plutarc,

Felicitas
 Gentili-
 tas ex
 Christi
 nativita-
 te.

Leo Pap

LOCORUM SACRÆ SCRIPTURÆ, ET QUÆSTIONUM LITE-
 raliū, quæ excitantur hoc Tomo Primo.

T. indicat Tautologiam, E. Litera expositionem, D. Discaham, N. Numer. marginali.

Genes.

- Cap. 1. V. 1. **I**n principio creavit Deus Cœlum, & ter-
 ram. Cur non dicitur, Terram, & Cœ-
 lum? T. 1. D. 7. num. 5. Quare non dicitur, & vidit
 Deus, quod esset bonum? T. 1. D. 12. n. 19. Quo
 pacto eorum creatio dicitur divisio? T. 1. D. 7.
 n. 7. Cur Cœlum, sicut terra vocatur vacuum?
 Ibid.
- V. 2. Terra autem erat inanis, & vacua. Quid in-
 anitas, & vacuitas terre? Lat. E. T. 1. Cur dicitur
 Nil? T. 1. D. 1. n. 1. D. 4. n. 2. D. 5. n. 3.
 D. 7. n. 2. Incandita? T. 1. D. 9. n. 2. Monstrum,
 & horribile quadam? T. 1. D. 10. n. 3. D. 13.
 n. 4. T. 2. D. 7. n. 5. Cur dicitur incomposita,
 & non Cœlum? T. 1. D. 8. n. 4. D. 10. n. 3.
- V. 3. Fiat lux, & facta est lux. Cur bona placiditur,
 & non Cœlum? T. 1. D. 12. n. 6. 19. An sine sub-
 iecto creat? Ibid. n. 10. T. 1. E. n. 18. T. 4. D. 4.
 n. 8. Cur ante lucem nihil laudatur? T. 3. D.
 17. n. 19.
- V. 4. Vidit Deus lucem, quid esset bona. Cur non, di-
 xit Deus, sed vidit Deus? T. 4. D. 4. n. 7.
- Ibid. Disiit lucem a tenebris. Ubi simul? T. 4. D. 9.
 num. 3.
- V. 10. Vidit Deus quod esset bonum. Quare non dicitur
 de homine formato, propter quem omnia, &
 bona? T. 2. D. 1. n. 2. T. 3. D. 11. n. 6. 7.
- V. 14. Fiat luminaria: & dividant diem, ac noctem,
 & sint signa, & tempora, & dies, & anni.
 Cur non etiam in mensis, & horas? T. 3. D. 1.
 num. 4.
- V. 17. Et posuit in firmamento Cœli. Quom ob rem si
 fecit in terra, collocavit super terram? T. 1. D.
 9. num. 6.
- V. 26. Faciamus ei hominem. Qui desus? T. 2. E. Cum prius
 iussit dignitatem, quam præfide? T. 6. D.
 15. n. 4. Ad quem huiusmodi sermo? T. 2. D.
 1. n. 2. 3. Cur Pater consultus? Ibid. Quare non
 dicit, Fiat homo? T. 3. D. 6. n. 8. Cur fecit sciens
 casurum? T. 2. D. 2. n. 1.
- Ibid. Ad imaginem, & similitudinem nostram. Cur ab
 aliquibus dicitur, ad imaginem, & similitudinem
 Christi? T. 2. D. 1. n. 3. An crucifixi, vel g orio-
 sibilis? & num. 5. In quo imago, & similitudo
 derivat? T. 2. E. n. 22. 23. An imago, & similitudo
 quod dicitur? Ibid.
- Ibid. Et præfuit. Cur ut præfuit, signat hominem? T. 2.
 D. 6. n. 4. 7. Ad quid ut præfuit fingitur ad ima-
 ginem, & similitudinem Dei? T. 2. D. 3. n. 5.
 D. 5. n. 1. D. 7. n. 7. D. 9. n. 5. T. 4. D. 1. n. 1. In
 quo modus regni nri vel præfidentis? T. 2. D.
 1. n. 3. D. 11. n. 7. T. 3. D. 6. n. 6. Cur non præ-
 fuit? T. 2. D. 4. n. 1. Quare homine lapso, nihil
 de dominatione profertur? T. 4. D. 1. n. num. 4.
 Nec quando constituitur femina? T. 6. D. 1. n.
 2. An huiusmodi dominationem speciale privile-
 gium? T. 2. E. n. 5. An conditionatum? Lat.
 Ibid.
- Ibid. Piscibus maris, & volatilibus Cœli, T. 2. E. 25,

- Cur signatur subditorum locus? T. 2. D. 7. n. 2.
 6. D. 8. n. 7. T. 6. D. 15. n. 4. Quo latuit
 omnium animantium subiectionis dignitas in
 terra datur Adair? T. 1. D. 9. n. 4. An natura-
 lis in quo veritatur? Quo fulgebatur ius & ulus?
 T. 2. E. n. 2. utque ad 9.
- Ibid. Et bestis. Cur harum etiam numeratur subie-
 ctio? T. 2. D. 10. n. 2. Quid intelligitur per ly
 Bestis? E. n. 3. 11.
- Ibid. Omnisque reptil. Ad quid additur Omni? T. 2.
 D. 11. n. 4. Quid reptile terre? T. 2. E. n. 32.
- Ibid. Quod movetur in terra. Cur apponitur, si repti-
 le, quod movetur? T. 2. D. 13. n. 2.
- V. 27. Creavit Deus hominem. Quo pacto dum ex li-
 mo constituitur? T. 3. D. 6. n. 9.
- Ibid. Ad imaginem suam: ad imaginem Dei creavit
 illum. Ut quid præmittitur ad similitudi-
 nem? T. 6. D. 8. n. 6.
- V. 31. Vidit Deus omnia, que fecerat, & erant valde
 bona. Quare homine p̄fide, valde bona Hex-
 xameri cuncta? T. 2. D. 12. n. 11.
- Cap. 2. v. 1. Igitur præfuit suus Cœli, & terra. Ad
 quid Igitur? T. 2. D. 7. n. 4. In quo utriusque
 perfectio? Ibid.
- Ibid. Et ornatus eorum. Quinam, & qualis or-
 natus Orbis? Ibid. n. 6.
- V. 2. Complavit Deus die septimo opus suum, quod
 fecerat. Lat. E. Quare lege completa
 completit? T. 3. D. 1. n. 2. D. 9. n. 3. Cur dicitur
 suum? fecerat? T. 3. D. 2. n. 2. D. 3. n. 2. D. 9.
 n. 3. Quid est opus suum? D. 5. n. 6. D. 6. n. 4. D.
 7. n. 1. D. 9. n. 3. D. 10. n. 2.
- Ibid. Et requievit. Quomodo si non laboravit? T. 3.
 D. 6. n. 4. D. 7. n. 1. D. 8. n. 1. In quo requievit, &
 cur? D. 12. n. 3. 4.
- Ibid. Die septimo. Quid non sexto? T. 3. D. 7. n.
 2. Cur labore Cœlestis requievit? D. 8. n. 1.
- V. 3. In ipso cessaverat ab omni opere. Quomodo ces-
 savit, si nova fecit? T. 3. E. n. 7. D. 9. n. 3.
- Ibid. Quod creavit Deus, ut faceret. Quo pacto ces-
 savit, ut faceret? T. 1. D. 6. n. 11. D. 9. n. 6. D. 12.
 n. 4. T. 4. D. 17. n. 9.
- V. 7. Formavit igitur Dominus Deus hominem. T. 4.
 E. ex professo. Ad quid Deus, & Dominus Deus
 in hominis formatione? T. 4. D. 1. n. 11. T. 6. D.
 15. n. 5.
- Ibid. De limo terra. Cur non fecit ex nihilo? T. 3. D.
 11. n. 5. Cur corpus de terra? T. 4. D. 6. n. 1. D. 7.
 n. 1. Quare si status lucra, significatur in aurea?
 T. 1. D. 10. n. 7.
- Ibid. Et inspiravit in faciem eius. Quid huiusmodi
 spiraculum? T. 4. D. 11. n. 1. D. 12. n. 1. D. 11. n.
 1. D. 15. n. 3. Quo ingenio Hieronymus legit
 Respiravit? T. 4. D. 11. n. 1.
- Ibid. Et factus est homo. Ad quid, si dixerat: Formavit
 hominem? T. 3. D. 6. n. 6. 7. 8. 9.
- Ibid. In animam viventem. Quid ita vivens, si dicitur
 anima? T. 4. D. 15. n. 3. D. 16. n. 3. D. 17. n. 9. D.
 18. n. 9.
- V. 9. Lignum etiam vite in medio Paradisi. Quid er-
 go lignum, & non arbor? T. 3. D. 11. n. 5.